

Ad Commissarios Danicos
et Sueticos Commissariorum
Polonicorum litera

Magnifici et Generosi Domini a:
mici observantissimi. Quem admo:
dum Sacra Regia maiestas Po:
lonie Dominus noster clementis:
simus Serenissimo Danorum
Regi, novissimis suis literis rescri:
psit se Posthum, id est in eum
locum, quem ex ipsius Serenita:
tis literis per Christianissimi Re:
gis apud se oratorem, ad conver:
tum commercium Commissariorum
inter Serenos Poloniae, Sueciae et Daniae
Reges pacificationis causa propo:
situm intellexit, suos nuntios
et Commissarios, se ablegaturam
recepit. Ita primo quoque tempore
nobis eam Provinciam cum tertio
collega demandavit, ut nomine ipsius
maiestatis in locum illum veniremus,
et una cum M^o D^obris de controver:
siis omnibus inter maiestates ipso:
rum componendis, belloque hoc tam diuturno
et funesto sublato de pace his Regnis
tandem, Dei auxilio, restituenda tractareq.
Cum autem propter tardam cubicularii
Sereni Regis nri, ex Danica remissione,

angustia
S

angustia temporis ita sumus exclu:
si, ut vix ante finem huius men:
sis Rostochii adesse posse nobis
videamur. A magnificis Domi:
nationibus Vestris maiorem in
modum petimus, ut si quidem
iam in itinere sumus, neq; ulli
labori nostro paruinus, ut cum
magnificis Dominationibus ve:
stris, quanto cuius fieri potest
convenire possimus, equiore ani:
mo hanc, qualemcumq; moram
ferre, et nostrum adventum
sine tadio et molestia expecta:
re velint. Nos vero ubi illuc
perveniremus dabimus operam,
ut moram hanc, non ulla cau:
sa nostra, sed temporis neces:
sitate illatam, diligentia nostra
in rebus agendis, promoven:
daq; iam dudum expecta:
ta ea pacificatione,
sarciamus, quod
superest nos et
studia nostra

magnificis
Dominationig

Vris com
mendamus

Datum
1569.

Coloková s; opoznámy 3/79
lycém do Rostoku.